

FABVLARVM

POETICARVM

P. OVIDII META-

MORPHOSI DESCRI-

ptarum

INTERPRETATIO ETHI-
ca Physica & Historica.

Autore

GEORGIO SABINO.

LIBER IX.

FAB. I. QUÆ GEMITVS &c.

De Acheloo cum Hercule luctante & se in va-
rias formas mutante ; & de
Cornucopiæ.

Hercules, quòd omnia animi sui viribus inferiora du-
ceret, habitus est Iovis filius, nam veteres clarorũ viro-
rum originem, propter virtutem excellentem, referebant
ad Deos, neq; enim humanum sed divinum est, subire peri-
cula pro salute Reipublicæ, adversis rebus non terreri, non
consternari; sicut Hercules in pacando orbe fecit.

IN STATIONE] Acheloum extra ripas sepe disfluentẽ,
& efficientem agri vastitatem, Hercules coërcuit aggeri-
bus & aquarum ductibus; sicut apud nos in Prussia Teu-
tonici Mariani, olim coërcuerunt inundationes Istule, ab-
tero ostio eius patefacto, & aggeribus ad utramq; ripam
congestis. Hoc Herculis opus comparatur luctationi, ipse
Clari viri
propter
virtutem
insignem,
deorum fi-
lii puta-
bantur.
Inundatio-
nes aggeri-
bus & aqua-
rum ducti-
bus subla-
ta.